



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

L[e]c[ti]o p[ri]ma.

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

tet enim me fecisse eos. Tu.

Nocte. xi. Lectio. i.

Noe inuenit gratiam coram domino. De sunt generatio nes noe. Noe uir iustus atque perfectus fuit in generationibus suis: cum deo deambulauit: et genuit tres filios: sem cham et iaphet. Corrupta est autem terra coram domino: et repleta est iniquitate. Tu autem.

Lectio. ii.

Quoniam uidisset deus terram esse corruptam: omnis quippe caro corrupta uia sua super terram dixit ad noe. finis uniuersae carnis uenit coram me. Repleta est terra iniquitate a facie eorum: et ego dispнда eos cum terra facti tibi archa de lignis leuigatis. Masiunculas in archa facies: et bitumie lini es intrinsecus et extrinsecus: et sic facies eam. Tu.

Lectio. iii.

Recetorum cubitoz erit longitudo arche: quinquaginta cubitoz latitudo: et triginta cubitoz altitudo illius fenestras in archa facies: et in cubito consummabis summitatem eius. Ostium autem arche pones ex latere. Deorsum cenacula et tritega facies in ea. Tu autem.

Nocte. xii. Lectio. i.

Ecce ego adducam aquas

diluuium super terram ut interficiam omnem carnem in qua spiritus uite est subter celum: et uniuersa que in terra sunt consumentur. Ponaque fedus mecum tecum: et ingredieris archam tuam et filii tui: uxor tua et uxores filiorum tuorum tecum: et ex cunctis animalibus uniuersae carnis bina induces in archam: ut uiuant tecum masculi ni sexus et feminini. De uolucris iuxta genus suum: et de uisumetibus in genere suo: et ex omnes reptilibus terre secundum genus suum bina de omnibus ingrediantur tecum ut possint uiuere. Tolles igitur tecum ex omnibus escis que manducant et comportabis apud te: et erunt tibi quasi illis in escam. Lectio. ii.

Fecit igitur noe omnia que precepit illi deus. Genes. 7.

Dixitque dominus ad eum. Ingredere tu et omnis domus tua in archam. Te enim uidi iustum coram me in generatione hac. Tu.

Ex omnibus animalibus.

Lectio. iii.
mundis tolles septena et septena masculum et feminam: de animalibus uero imundis duo et duo masculum et feminam: sed et de uolatilibus caeli septena et septena masculum et feminam: ut saluetur semet super faciem uniuersae terre.